

133.

Catullus (fol. 1), Propertius (fol. 56), Tibullus (fol. 158').

Cf. cod. Dd 213.

*Se. 204^v - 206 *leer*.*

Cod. membr. 206 foliorum in 4. saec. 15. in Italia eleganter exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Fuit quondam illustris Jcti, Jasonis de Mayno, qui fol. 200' sua manu adscripsit se 17. cal. Oct. 1479 eum emisse. Ejusdem Jasonis insignia fol. 1 affabre picta sunt. Alia manu paulo recentiore in folio, quod ab initio praecedit, haec inscripta sunt: „Per primam, tertiam et ultimam uocalem et has literas, p. l. n. s., cognosci[tur] meus dominus“; huic igitur Paulino nomen fuisse videtur. Accessit e bibl. Wertheriana, in cujus inventario 5 florenis aestimatur. Tibullo usus est Heyne et Propertio Barthius in editionibus suis, Catullo Handius, cujus cf. observatt. in Catulli carmina p. 22.

Elect. 534. Regia D 136. Goetze I p. 137. Falkenstein p. 255. *Brück*
Le elegie di Sesto Propertio con trad. metrica a cura di G. Bonazzi S. 115.
 Roma 1939, S. XVIII. 134.

Vergilii eclogae (fol. 1), georgica (fol. 14), Aeneis (fol. 47).

Cod. membr. 195 foliorum in 4. maj. saec. 14. in Italia exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Singulis Georgicorum et Aeneidos libris (excepto septimo Aeneidos) praefixa sunt Modestini Jcti argumenta metrica. Accessit e bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 5 florenis.

Elect. 529. Regia D 126. Goetze II p. 217. Falkenstein p. 255.

135.

a) Vergilii eclogae, cum commento. fol. 1.

Additum est huic codici fragmentum Vergilianum chart. saec. 15., quod eclogarum continet initium.

b) Alani ab Insulis doctrinale altum s. de parabolis philosophiae versu elegiaco, cum commento. fol. 20.

Cod. chart. 23 foliorum in fol. in Saxonia circiter a. 1490 exaratus.

Elect. 52. Regia D 81. Falkenstein p. 255 seq.

136.

Mauri Servii Honorati commentarius in Vergilium. In fine mutilus et desinens in v. 931 libri XII edit. Burmanni t. IV p. 107.

„Codex Rouerellorum“. „Seruius Rouerellorum“.

Cod. chart. 344 foliorum in fol. saec. 15. exeunte in Italia exaratus. Em-tus e bibl. Amedei, canonici Bonon., per Brunellium.

Elect. 52^b. Regia D 64. Falkenstein p. 256. Henry, Aeneidea I. Lond. 1873. 8. p. LX seq. Servii in Vergilii carmina commentarii rec. Thilo et Hagen vol. 1. Lips. 1878. 4. p. IV. Em. Thomas, essai sur Servius et son commentaire sur Virgile. Paris, 1880. 8. p. 329.